

LIBER PRIMVS

LXXXIII

duplex comparatio & ad personam & ad rem. Dolet enim primum quod Pallas minor dea non prohibita sit quin se de hoste videret. Ipsa vero maior dea prohibeat. Ad rem autem pertinet quod multo minus flagitium fuit quam commisit Ajax in Palladem quam troiam in se. Vnius obnoxiam. Nescio an Servii sententia vera sit. Illud scio minime observari. Nam noxa frequenter pro poena ponitur. Sed in iure civili de verborum significatione scriptum est noxe appellatone omne delictum contineri. Ovidius: Inuidiam noxae continet ille mex. & alibi. Nocte nocent potora sine noxa luce bibunt. Noxia adiectivum potius est. nam noxios & innoxios dicimus. Furias. Inualidat cam: quae non fuerit per rationem sed per impulsione: scilicet per vim amoris. Verum de furis amoris latius in quarto disputabit. Aiacis oili. Pro oli per syneresim: Et posuit dativum graeci pro genitivo latino: Alibi in dativo dixit: ut Orphi caliopea lino formosos Apollo. ubi est orphi pro orpbeo. Oilus rex locorum fuit. Ignem iouis: Potuit ut se videret alienis uti armis. Ceterum fulmen semper pbisicos est vapor ignitus compactus & solidus impetuose cadens. Gignit ex vapore grosso ex contrariis & diversis composito vehementi calore inflamato & ventos nubium concussione impulsio: & quasi lapis igneus sic de coacuitate nubis deorsum per violentiam pulso. Raro cadit in frigidissima byemie: quia propter frigus vapor in aere non gignit. Raro etiam in vehementi aestate. quia propter siccitatem & subtilitatem aeris vapore in nubibus non aggregantur. sed calore consumunt. Eadem ratione in partibus orbis aut calidissimus aut frigidissimus rariora cadit. Et in ea parte italicae quae a septentrione ad meridiem discedit: crebriora apparet. Ergo in vere & autumno vapores multi eleuantur & condensantur et igne ferunt. Prisci fulmen quibusdam sacris alliebant non sine periculo: Nam Hostilius rex cum eliceret cum omni regia crematus est. Etruscos litterae teste Plinius novem deos fulmina emittere dicunt. caeterum esse undecim generum: sed iovem tria emittere: Romani duo tantum statuerunt: diurna: quae Ioui & nocturna quae Summano tribuunt. De summano meminit Plautus: Refert Aristoteles tria esse genera fulminum: Vnum quod adurrit: Alterum quod quia humidum est non urit: sed quae tangit nigra reddit. Tercium est durum & mirae naturae. Nam vinum effundit intactis vasibus. Aliquando fracto vase ita obstupescit vinum: ut per tres dies non fluat. Aurum in saccis & vasa argentea in capsulis ita liquefacit ut sacci capsulaeque integrae maneat: comburunt corpora intactis vestibus Martia romana mulier grauida ista fulmine partu exanimato illaesa permansit: Propter hanc triplicem naturam trifurcum fingitur a poetis fulmen Refert Acron caeterorum deorum manubias albas nigraeque esse: Iouis vero rubras Huius rei haud ignarus Horatius de Ioue dixit Et rubenti dextra sacras iaculatus arces Discedit rates euertitque aquora ventis. Exaggerat rem quod illa propter vnius scelus multos vltia est. Exonerat autem locum colore rhetorico: qui est similiter declinatus: scilicet auertere: exurere: summere. Turbine corripuit. ut ventorum in circuitum se notante: & quaeque profertente. Plinius autem ponit repentinos flatus: qui exhalante terra cooriantur: & nubium cute obducta multiplices existunt: Inter hos enumerat tybopnem & turbinem. Acturbinem cum dicit. qui maiore depresso nubis specu erumpit: sed minus lato quam procella: nec sine fragore proxima quaeque profertent Si idem ardentior fuerit: praefert vocatur amburens cuncta pariter ac proterrens Ab hac circulari reuolutione turbinem dicunt latini ludum puerorum: quem graeci trochon nuncupant. Ipse alibi. Ceu quendam torto volitans sub verberibus turbo. Scopulo. s. saxo euboico. Quisquam adoret. Interrogatio quae simplex quandoque est: ut Sed nos qui tandem: Aliquando figurata: cum non scitandi sed instanti gratia sit. Cicero. Quid enim tuus ille tubero districtus gladius in acie perbarbarica agebat. Item quousque Catilina abuteris patria nostra: Nam magis ardet quam si dicam diutius abuteris. Interrogamus etiam quod negari non potest. Cicero. Dixit ne tandem. C. figulanus sacula. Item ubi difficilis est ratio ista ut vulgo dicimus quod per hoc fieri. Item inuidia gratia: ut Medea Quas peti terras vrbes: Aut miseratons ut Virgi. Heu quae me inquit tellus quae me aquora possunt accipere: Conuenit itidem indignationi ut hic. Quisquam numquam. Item admiratoni. ut Quid non mortalia pectora cogis improbe amor.

Noxa Noxia

Fulmen

Turbo

SER. Loca foeta. Nunc plena: ut alio loco: Foeta annis. Sciendum est autem dici foetam & grauidam & parvula liberatam: ut Fecerat & viridi foeta mauortis in antro. Enixam autem eam fuisse lac quod pueris praebat ostendit. Item foeta illo loco grauidam ostendit: Non insueta quis tentabit pabula foetae quae foeta mediocris sermo est. ubi hoc epibetico discernit dicens grauis foetas ut bonum facinus & malum facinus dicimus & bonum venenum & malum venenum. Auftris. Figura est celebrata apud Virg. ut est spes per genere. Legerit apud enni. furibus ventis. sed quasi asperum fugit: & posuit auftris per ventis. Aeolia venit: noue insulae quae sunt per fretum siciliae appellatur: ab aeolo rege bippote filio licet & beant propria noia: Vnde Virg. ait. Aeolia liparim: Poetae quadam fingunt hanc esse regem ventos. Sed ut varro dixit. rex fuit insulae ex quaeque nebulis & fumo vulcanicae insulae praedicis futurae flabra ventos: ab imperatoris visus est ventos sua potestate retinere. Hic

Nimborum in patria loca foeta furibus austris
Aeoliam venit: hic vasto rex aëolus antro
Luctantes ventos tempestatesque sonoras
Imperio premit: ac vindictis & carcere frenat.
Illi indignantes magno cum murmure montis
Circum claustra fremunt: celsa sedet aëolus arce.
Sceptra tenens: mollitque aëos: & temperat iras
Nisi facient: maria ac terras cælumque profundum
Quippeferant rapidi secum: verrantque per auras:
Sed pater omnipotens speluncis abdedit atris
Hoc metuens: molemque & montes insuper altos